

vellus de Tercio Imper. auct. Not. his omnibus interfui, & rogatus cartam mihi iussam tradidi, & scripsi.

(1) In alio exemplari: demangium.

Alia decimarum Ponzoni, & Denicis a D. Guidone II. Episc. concessa DD. Raimundo, Bonifacio, Othoni, & Theodoro MM. Ponzoni.

IN nomine Domini amen. Anno Dom. MCCCXLII. Ind. XI., die 17. novembris in Castellaxio Cavatoris, presentibus D. Thoma Abbate Monasterii Sanctae Mariae de Tilieto, D. Guglielmino de Incisa, D. Joanne de Incisa, D. Ottolino Ghisamberto, Gulielmino de Quiglato, Gulielmo Jachello jurisperitorum test. voc., & rog. Cum nobiles viri DD. Raimondinus, Bonifacius, Otho, & Theodorus Marchiones de Ponzono ante praesentiam Rev. in Christo Patris D. Guidonis Aquensis Electi constituti, ipsi D. Electo fidelitatem fecerunt de decimis Ponzoni, & Denicis, quas asserunt se in feudum, & antecessores sui habere ab Aquensi Ecclesia, & praedecessoribus D. Electi Aquensis, & quia virtutum praemia merentibus tribui convenit, consideratis meritis, & virtutibus Dominorum Marchionum praedictorum, & servitiis Aquensi Ecclesiae haecenus exhibitis per eosdem idem D. Electus volens in quantum potest de jure ipsorum petitionem exaudire investivit eosdem, videlicet D. Bonifacium pro medietate, & DD. Raimundum, Odonum, & Theodorum pro alia medietate cum anulo, quem in manibus tenebat de dictis decimis Ponzoni, & Denicis, & de quarterio Cavatoris, & jurium, quod & quae dicti Marchiones dicunt se debere tenere in feudum a dicto D. Electo, & ab Ecclesia supradicta, si quod, & quae poterunt docere de jure coram ipso D. Electo antecessores suos possedisse, & tenuisse, & quae, & quod ipsi, & praedecessores sui tenere consueverunt in feudum a praedecessoribus d. D. Electi Aquensis, & ab Ecclesia supradicta. Quam concessionem, & investituram d. D. Electus per se, & successores suos promisit dictis Dominis Marchionibus, in quantum melius decebat, juramento firmare, & ratam habere (1). Qui praedicti DD. Marchiones ibidem, & in praesenti fidelitatis juramentum ipsi D. Electo, & Ecclesiae Aquensi praestiterunt, corporaliter tactis sacrosanctis Evangeliiis, promiseruntque in dicto juramento, & sub dicto juramento se se esse fideles Vassallos supradicti D. Electi, & Ecclesiae Aquensis, & jura, & honores ipsius toto posse, & pro viribus conservare, & ipsi D. Electo, & Ecclesiae praedictae servire, quemadmodum eorum praedecessores facere consueverunt, & sicut fideles Vassalli servire, & obedire tenentur eorum Domino; & duo ejusdem tenoris instrumenta . . . tam dictus D. Electus, quam dicti Marchiones praedicti fieri mandaverunt ad consilium, & dictatum unius, & plurium, si opus fuerit, sapientum, firma semper contractus substantia rema-

nente. Ego Johannes de Castello Imperiali auctoritate Notarius, &c.

(1) Sic olim in exemplari vetusto in archivio Capituli existente legebam: at in alio recentiori Franciscus Turrius scriptum reperit in quantum debet de jure firmam, & ratam habere; quam lectionem sinceram puto, ac veriore.

Traditio literarum Apostolicarum pro liberatione Georgii M. de Carretto Guidoni Ep. Aq.

Die XXVI. Madii actum in castro Episcopali Bestagni, praesentibus nobilibus viris Oddonino Scarampo legum Doctore, Alberto Oddonino ex Marchionibus Incisae, Odonino de Roccheta Marchione Incisae, Dominus Manuel de Carreto Marchio Saonenis nepos egregii viri D. Georgii de Carreto, nunc in forcia D. Ducis Januensis constitutus (1), & tamquam conjuncta persona ipsius D. Georgii Rev. in Christo Patri D.D. G. Dei, & Apostolicae sedis gratia Aquensi Episcopo, & Comiti cum reverentia praesentarunt rescripta, sive literas Apostolicas super facto relaxationis D. Georgii praedicti continentes infra scripta . . . & praecipiens exinde fieri publicum instrumentum . . . Qui dictus Episcopus easdem litteras . . . cum omni obedientia, & reverentia, qua decuit, recepit, offerens se paratum . . . contenta in dictis litteris facere quidquid de jure tenetur, praecipiens exinde fieri publicum instrumentum.

(1) Erat iste Buccanigra. Qua autem de causa haec Georgio adversa contigerint, enarratum legi apud Raphaellem a Turri, qui in sua Cyrologia p. 144. ex Bizzarri historici Genuensis testimonio refert anno MCCCXLI. Marchionem Georgium se junxisse cum patriciis Januensibus res novas molientibus contra Ducem Buccanigram, ac rem Albingaunensem, quae tunc erat sub potestate Januensium turbasse. Sed cum Dux Johannem de Mari misisset Albingaunum cum triremibus, ipse coactus receptui canere Genuam ad petendam veniam proposita incolumitate accersitus fuit; sed cum foedus fregisset, captus duriores poenas irato duci dedit. Hinc in caveam primum, deinde in carceres malae paghae inclusus, diuque retentus, tandem turbis illis, quibus factione patriciorum abdicare coactus est Buccanigra, fugam rupto carcere arripuit. Quae si vera sunt, jam consequeretur parum apud illius Reipublicae Ducem valuisse preces S. Pontificis, qui tunc erat Clemens VI. a Guidone Episcopo Aquensi, ut ex carta conjicere est, pro Georgii liberatione ad eum delatas. Haec autem certiora fierent, si in registris hujus Pontificis litterae invenirentur ad Guidonem Episcopum nostrum missae.

Investiturae Decimis Ulmi Mascaro Mazucho, & Petro, & Gulielmo de Rotundis.

IN nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem MCCCXLIII., Ind. XI., die 16. Augusti actum in castro Episcopali Bestagni, praesentibus Con-